



1. Rappolti J. Frid. / Diff. de Filia
tione Renatorum, ex 1. hoh. v. 2.
Lipſcie, 1676.
2. Reime J. Henr. / Gottlieb. / Diff. qua
Achariam Iudee Regem, Alate
non majorum parente suo foramo
sistit. jene, 1714.
3. Reuter Chr. / Diff. Aikasama Toy
nomoy in Christo et Christianis.
Serrevalle, 1716.
4. Richters Dav. / Diff. considerans
Pythagoriam Sacerdotis; ex Lxx.
xxl. v. 16. jene, 1715.

INTEGRITAS PRIMI HOMINIS

32
33

ex Gen. I. 26. 27.
significantius declarata,

et
ALTDORFI d. XVI. Febr. MDCCI.
disputata,

PRÆSIDE

CHRISTOPHORO SONNTAGIO,

SS. Theol. D. P. P. & h. t. Vniversitatis
RECTORE,

AC

RESPONDENTE
GEORGIO HIERONYMO REINSPER-
GERO,
Happurgo - Norico.

a 32

Recudit JODOC. GUILIEL. KOHLESIUS, Universit. Typogr. 1715.

J. N. J.

INTEGRITAS PRIMI HOMINIS

ex Genes. cap. I. v. 26. 27.

significantius declarata.

וַיֹּאמֶר מֶלֶךְ הָעוֹלָם נָעַשְׂתָּה אָדָם בְּצָלְמוֹנוֹ וַיַּרְא בְּדִגְנָה
הַיּוֹם וּבְעוֹף הַשָּׁמֶן וּבְכָבֵהָה וּבְכָל־הָאָרֶץ וּבְכָל הַרְמָשָׁה
עַל־הָאָרֶץ וַיַּכְרֵא אֱלֹהִים אֶת־הָאָרֶץ בְּצָלְמוֹ
בְּצָלְם אֱלֹהִים בָּרָא אֲתוֹ זָכָר וּנְקָבָה בָּרָא אֲחָת :

Et dixit Deus : Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram ; & dominentur piscibus maris & volatilibus cœli, & bestiis, universaq[ue] terræ, omnique reptili , quod moveatur in terra. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei ereavit illum, masculum & fæminam creavit illos.

IN DELINEANDA PRIMI HOMINIS INTEGRITATE MEMO.
ET IMAGINE DIVINA MOSES, DAVID ET SALO- RIALE I.)
MON; PRÆCÆTERIS AVTEM N. T. AMANVEN- HARMON-
SIBVS JACOBVS ET PAVLVS ABVNDE SVNT EXEGETI-
PERSPICVI. HIC IMPRIMIS, APPELLANS EAM CVM.
NOTITIAM DEI, JVSTITIAM ET VERITATEM.

S. I.

Mosè jamdum inspeximus , Oceanum Propheta-
rum a nonnullis vocatum. Delectatur is ge-
mino præfixo , tam בָּ, quam בָּ, & quidem per-
mutatim, uti cap. V. 1. & 3. apparet. Uti enim בָּ h. I.

A 2

h. I.

4 INTEGRITAS PRIMI HOMINIS.

h. l. ad vocem **דָמֹת**; ita τὸν **בָּ** ad eandem ibidem additur, promiscua isthac usurpatione utriusque & equipollentiam insinuante, perinde, ac Apostolus τὸν **בָּ** ad **אַלְמָ** h. l. appositum Coloss. III, 10. per τὸν **εἰκόνα** reddidit: τὴν **εἰκόνα**. Delectatur insuper gemina tam **צָלָם** *imaginis*, quam **דָמֹת** *similitudinis*, voce; non certe per illam substantię, per hanc vero qualitatum conformitatem indicaturus, quandoquidem (α) Moses, si hoc sibi voluisset, non tantum posuisset in executione Genes. I. v. 27. ubi *soliū imaginis* meminit, quantum posuisset in deliberatione Gen. I. 26. ubi & *imaginis* & *similitudinis* voce utitur. At hoc absonum. (β) si hoc sibi voluisset, tum neque cap. IX. v. 6. ubi solum τὸν **בָּ** reperitur, ullam qualitativæ conformitatis mentionem fecisset. At hoc absonum; si præfertim ad illam attendas, quam jamjam animadvertisimus, promiscuam vocabuli **דָמֹת** præfixionem. Præfigitur nempe h. l. ipsa **בָּ**; at cap. V. 1. præfigitur ipsa **בָּ**, unde tam *ἰσοδυναμία* præfixorum **בָּ** & **בָּ**, quam ipsorum quoque nominum (**בָּ** & **לְבָ**) jam præfixum **בָּ**, jam præfixum **בָּ** alternatim habentium (Vid. Cap. V. v. 3. ubi est **כָּלְמָנָנוּ**) luculentiter patescit.

S. 2. γ) Si hoc sibi voluisset, tum vero permutata isthac præfixio, ac permutata ipsorum nominum ratio & usurpatio in N. T. haud recurreret; verum **εἰκόνη** substantiam cum Deo conformitatem semper significaret. At neque hoc dici poterit; nisi putaveris, nos, terreni Adami dum gestamus **εἰκόνα** i. Cor. 15. v. 49. ipsammet ejusdem substantiam gestare; aut aliquando, dum gestabimus **εἰκόνα** cœlestis Adami, ipsammet Christi substantiam gestatueros esse. Præterea quando *Jacob* III, v. 9. sicutur homo etiam lapsus καθ' ὄποιωσιν οὐς secundum similitudinem Dei conditus, nihil aliud innuitur, quam illud, quod Coloss. III. v. 10. ubi idem κατ' **εἰκόνα**, secundum imaginem ejusdem creatus perhibetur. Synonymiam innuit præpositio τῷ, utrobique addita; cui &quipollet præpositio

INTEGRITAS PRIMI HOMINIS.

positio est Ephes. IV. v. 24. est dñm agnoscere q̄d ostiōtētē tñs dñm dñm̄tias.
Ut adeo duas phrases, renovari nāl' ēkōva q̄d tñs dñm dñm̄tias, renovari secundum imaginem ejus, qui creavit; & renovari seu induere novum hominem, eundemque x̄t' dñm conditum est dñm agnoscere q̄d ostiōtētē tñs dñm dñm̄tias in justitia & sanctitate veritatis, omnino coincident. Paucis multa: Quam certum est, illam tñv ēkōva, seu imaginem, ad quam renovamur, esse nihil aliud, quam dñm agnoscere q̄d ostiōtētē tñs dñm dñm̄tias, seu justitiam & sanctitatem veritatis, ad quam renovamur neque enim vetus & novus homo ratione substantiae; sed qualitatum diversarum statusque duplicitis, distinguuntur. B. Himmelius in γνῶθι σεαυτὸν cap. 8. & B. Königius Theol. Accroam. p. 20. contra vero salva hominis essentia imago D'E I tam amitti ab Adamo potuit, quam reparari nunc potest) tam certum quoque est, vocabula illa indifferenter ac promiscue usurpari, neq; per ēkōva substantiam designari. Quod namque una eademque manente substantia indui potest, & exi, id substantiam ipsam non denotat, ceu loquitur B. Dorscheus Auctar. Pentadec. p 630.

§. 3. Quæ ipsa Synonymia, utut non qua modum significandi & absolute, tamen qua rem & secundum quid talis, facit, ut Rom. 1. v. 23. coniunctim ea legantur nomina. Dicuntur nimirum gentes mutasse gloriam incorruptibilis Dei est ὄντωματι ēkōvō (præpositione est haud secus, ac Hebraeorum præfixo א) ceu s̄p̄ius, ita & hic non subjectum, sive materiam in qua; sed terminum ad quem denotante) in similitudinem imaginis corruptibilis hominis &c. Imo & Siracides, nostro immoratus articulo, cap. XVII. v. 3. afferit, Deum creasse hominem καὶ ēkōva dñm. Liber autem Sapientiæ, cap. 2. v. 23. ambo vocabula ita combinat, ut doceat, Deum ad imaginem similitudinis fecisse hominem. Additur proinde per novum & Hebraicū maxime familiare schema ēkōdñm vocabulum similitudinis vocabulo *imaginis*, non eum ob finem, ut aliquid diversum ab imagine notet, sed ut vocabulum *imaginis*

ginis potius declarat, imo & discrepantiam inter imaginem Dei substancialē, qualis est filius Filius Dei Coloss. I. 15. & accidentalem, qualis est Eph. IV. v. 24. in homine, insinuat.

S. 4. Mosen igitur ex Paulo si declaramus (declarare autem maxime debemus) per *imaginem Dei εἰδωλού* ac principaliter acceptam, nihil intelligimus aliud, quam veritatem, notitiam, justitiam sanctitatemq.: ut adeo sensus propositionis Mosaicæ: *Deus creavit hominem ad imaginem suam*; emergat hujusmodi: *Deus creavit hominem ad sanctitatem suæ sanctitatis quam simillimam*; *creavit hominem ad justitiam suæ justitiae quam simillimam*; *ad notitiam suæ notitiae quam simillimam*; *ad veritatem suæ veritatis quam simillimam*. Hac explicatio stante, tam prototypon, quam ectypon imaginis divinæ indicatur. Ectypon nempe accidentalis perfectio, accidentalis justitia &c. homini concreata; prototypon autem essentialis justitia, sanctitas & notitia Dei est. Quando autem I. Cor. XI. 7. dicitur: *Homo est imago Dei*, tum propositio haec ab altera illa: *Homo creatus est ad imaginem Dei*, ita differt, ut *imago Dei* in hac posteriore sumatur proprie, in illa vero impropre sive metonymice. Abstructum quippe ponitur pro concreto, & *imago Dei* accipitur pro eo, qui imaginem Dei gestat, sive pro eo, qui ad imaginem Dei est conditus. Nihilosecius id, quod additur: *Vir est δόξα Θεοῦ*, gloria Dei, sic exprimi debet, ut intelligatur ille, qui ad gloriam Dei creatus est, sive, ut Erasmus Schmidius exponit, *is, ex cuius creatione gloria Dei eluet*.

S. 5. Et si vero Paulus imaginem Dei, *εἰδωλού* ac principaliter acceptam, ita tradidit ac interpretatus est; non exclusit tamen ea, quæ juxta descriptionem Mosaicam in Dicto praesenti nostro classico ad imaginem Dei ὀλικῶς sumptam attinent. Ita nempe *imago Dei* comprehendit etiam illa, quæ secundario ac minus principaliter eam constituere; cujusmodi sunt immortalitas (non prius ablata, quam Adamus pectorasset,

INTEGRITAS PRIMI HOMINIS.

casset, &c, si non peccasset, minime auferenda) nec non dominum in creaturas sublunares, de quo nostrate dictum nos erudit: Dominentur pisibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, universaq[ue] terra, omniq[ue] reptili, quod movetur in terra. Unde patet, quod imago Dei sensu Mosaico accepta sit ἀληθῶς; sensu autem Paulino accepta sit μερικῶς talis; quodque adeo sensus Mosaicus haud excludat, sed vel maxime includat sensum Paulinum.

S. 6. David linguam, ut calatum, Scribæ veloci, divino quippe Spiritui attemperans, utitur nomine, **חַמְנוֹת** similitudo, versu Psal. XVII. ultimo, ubi sic canit: Ego vero in iustitia intuebor faciem tuam: satiabor in vigilando imagine Tua. In quæ verba B. D. Bugenhagius mirum quasim apposite commentatur: Similitudo Dei est homo Gen. I; sed in peccato Adami perditæ est: quæ surgit hic quidem redditæ per iustitiam fidei, & crescit, dum pergimus ex fide in fidem; sed perficietur cum Christo in resurrectione novissima. Hoc quippe sensu plus in Christo recipimus, quam in Adamo perdidimus. Proinde Belgæ apud Geierum b. I. allegant dicta 1. Joh. III. v. 2. Similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicut et res. Et 1. Cor. 15. v. 49. Quem admodum gestamus imaginem Adami terrestris & pulverei; sic gestamus etiam imaginem cœlestis. Hinc Megalander Lutherus in Cantione sua cygnea, h. e. Comment. in Genes. fol. m. 24. 6. fol. 27. 6. usus hoc medio termino, quod homo ad imaginem & similitudinem Dei creatus sit, probat, eum non in corporali persistitorum fuisse vitæ, si vel maxime in statu integritatis permanisset; sed ad aliam, eandemque meliorem & Angelicam postmodò fuisse transferendum, ex Paradiso quippe terrestri, in quo sine molestia agrum coluisset, edisset, bibisset, ad Paradisum cœlestem, ubi neque cibo, neque potu corporeo amplius indigent, nec agriculturæ vacant beati. In illo gratiosæ, in hoc gloriose immortalitatis charismate fulsisset ὡς τὸ οὐρανός, ut communem ac bene veterem huc accommodem loci notis-



notissimi Lucæ III. v. ult. translationem. In illo habuisset ψυχὴν ζῶσαν, animam viventem, i. e. vixisset naturali modo, edisset, bibisset, dormisset: In hoc autem noctus postea foret πνεῦμα ζωποῖον, spiritum vivificum i. Cor. XV. v. 45. 46. Ubi quidem inter se conferuntur Christus & Adamus corruptus, sive ratione corruptionis spectatus; ita tamen, ut ex anteecedente integratatis statu aliquid repetatur, & hæc quasi inter utrumque præsupponatur comparatio, quod, velut Adamus primus conditus sit ex terra; sic Adamus secundus sit Dominus de cœlo (2) veluti primus ad vitam naturalem; ita secundus ad vitam spiritualem sit conditus. Vide *Diss. meam de Pseudadamo Socinianorum.* p. 34.

§. 7. Salomo itidem sanctissimo afflatus Spiritu consona Parenti mirum quam emphatice & significanter edisserit Koh. VII. v. 30. ac Deum fecisse hominem רְכֻתָם commemorat: Rectitudine nimur illa non tantum intelligitur corporis ratione, de qua vel Ethnici testimonium innotuit:

Pronaḡ cum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit, cælumque tueri
Fussit & erectos ad sidera tollere vultus.

Rectum insuper & æquale temperamentum qualitatum τὸ περιτονίων corpori aderat (ita, ut nec famem, nec sitiim, nec aestuim, nec frigus, nec defatigationem in labore, nec vulnerationem, nec morbos, nec mortem aliasve dolores, aliasve passiones corruptivas ac molestias persentiscere cogeretur) sed & imprimis animi cordisque respectu venit capienda; prout maxime rectam voluntatis ad bonum inclinationem, rectam boni prosecutionem, rectam mali fugam & abominationem denotat. Oρθότης hæc, quoad homo vixit integer, appetitus extitit ornamentum, & cum nulla τῇ σκελοτῷ fuit conjuncta. Sicut enim post lapsum renatus, quæ talis, non potest peccare, Joh. III. v. 9. unde audit לְבָב יִשְׁר Psalm. XXXII. v. ult., XCIV. v. II. &

INTEGRITAS PRIMI HOMINIS.

& יְשָׁרֶת דָּרָךְ Proverb. XXIX. v. 27; Ita multo magis ante lapsum homo integer, qua talis, sanctus & ab עַזְבָּה sive curvitate peccaminosa immunis intemeratusque perstigit. Omnia hic recta; recta in mente sapientia, recta cum primis in voluntate justitia, recta in appetitu sensitivo sanctitas, recta in conscientia pax, rectus erga Deum amor, rectum in Deo gaudium, recta erga Deum fiducia, recta qua vitam immortalitatem, recta qua corpus incorruptibilitas, rectum mundi dominium, recta boni praesentis fructu, & recta futuri spes sive expectatio. O Adam ubi es?

§. 8. A veteri ad novum Testamentum, a Salomone ad Paulum transeuntes audimus vocabulum εἰκὼν, quod jamjam audivimus, Coloss. III. v. 10. ubi Colosenses dicuntur induisse seu mavis, induere debere novum hominem, qui renovatur in agnitionem, secundum IMAGINEM ejus, qui condidit ipsum. Idem Apostolus gentium Christum appellat εἰκὼν §. 18 τῆς ὀρεγάτης 2. Cor. IV. v. 4. Coloss. I. v. 15. ubi tamen vox imaginis in convenientia essentiali radicatur, non accidentaliter, quam innuimus §. 4. Est enim Filius αὐτού τοῦ οὐρανοῦ (non αὐτοῦ τοῦ) τῆς δόξης καὶ χαρακτήρα τῆς ἀνθρώπου αὐτοῦ, voce hypothæcos materialiter accepta, & primam personam notante, quae est Pater, ita, ut Filius dicatur imago personæ Patris, non eo, quod personam Patris sibi communicatam habeat; sed quod eandem numero essentialiam habeat, quam Pater. B. Gerhard. Exeg. Loc. III. §. 55. Ita Christus vocatur homo, cuius spiritus in naribus est, Ef. II. vers. ult. Nimirum sicut Deus, cum hominem integrum crearet, ipsi inspiravit חִיּוֹת נְשָׁמָת sive spiraculum vi. Ita Christus, monente Hieronymo Comment. in hunc locum, secundum carnem homo est, & habet animam, & ita spirat, & naribus halitum trahit, ut nos homines spiramus & vivimus: secundum divinam Majestatem excelsus est. Proinde spiritum in naribus habet, seu vehementer excedens, & indignantur adversus hostes suos, Psal. II. 13. Vid. B. Forst. Comm. in Esaiam

p. m. 75. & confer Ariamontani glossam apud Cornel. a Lapide ad h. l. p. 70. ubi hac eadem phras ad veterem Adamum respici arbitratur. Unde, teste eodem Paulo, homines electi dicuntur σύμμορφοι τῆς εἰκόνος Φίλii Dei, Rom. VIII. v. 29. & nos, qui hic gestavimus εἰκόνα τοῦ χριστοῦ, in vita æterna gestabimus τὴν εἰκόναν τοῦ χριστοῦ. Cor. XV. 49.

§. 9. Idem ipse Apostolus Tarsensis Ephesios suos cap. IV. v. 22. 24. deponere vult veterem & induere novum hominem, qui secundum Deum conditus est ad justitiam & sanctimoniam veritatis. Depositio veteris hominis præter mortificationem vitii originalis includit insuper omissionem peccati actualis Adamitici. Licet enim non omnes homines peccaverint οὐδὲ τῷ ὄμοιώματι τῆς ἡγετείως Αδάμ, Rom. V, 14. (ut infantes, qui in Adamo quasi inclusi peccarunt quidem, sed non eodem modo cum Adamo, utpote qui sciens & volens actualiter; hi vero ob labem originalem & ex Adamo hæreditariam ne-scientes peccarunt) Tamen & Israelitæ dicuntur sicut Adam transgressi pactum divinum, & in Deum prævaricati Hos. VI. v. 7. aut certe ad instar hominis vilis, abjecti atque temnendi; quam explicationem anteriori præfert Hilpertus Disquis. de Præ-adam. pag. 68. Quamobrem ὄμοιώματα οὐκ nobis ab initio concreatum, quod in Adamo perdidimus, in nobis per quotidianam pœnitentiam innovandum & instaurandum est. Perdidimus, inquam, illud in Adamo, dum in peccatis nati; recipimus autem in Christo idem illud, dum ex aqua & Spiritu renati sumus, dumq; ὄμοιώματα τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως σύμμορφοι γέγοναμεν, similitudine mortis & resurrectionis cum eo coaluimus, Rom. VI, 5.

§. 10. Reftat Jacobea ὄμοιώσις Θεοῦ, seu similitudo Dei, ep. cap. III, 9. καθ' ἣν γεγονότι secundum quam facti homines dicuntur, nempe בְּרִמֹת אֱלֹהִים Genet. V. v. 1. quæ similitudo est imago Dei seu convenientia cum Deo accidentalis, in sola qualitate qua hominem radicata. König. Theol. Acroam. p. 68. Sic Adam commemoratur filios generasse בְּרִמֹתוֹ בֶּצְלָמוֹ ob convenient-

venientiam itidem accidentalem, ita nempe, ut genitus imago parentis, ratione inclinationis connata ejusdemque peccaminosæ, vocetur. Sed enim vel homo lapsus etiamnum dicitur ad ὀντιωσιν θεος γεγονὼς, non qua lapsus tamen absolute; verum secundum quid, & primævæ creationis respectu, perinde, ac dicere liceat, viatorem eum, qui ab homicida interfectus est, ad longiorem vitam a Deo conditum; aut filium, qui jamdum degeneravit, summis a Parente honoribus destinatum fuisse. Idcirco tamen haud adscripteris vel illi vitam, vel huic honores. Vid. *Auctarium Venen. Mateol. Arminiana impugnatum* pag. 26.

ORTHODOXAM DE IMAGINE DEI SENTEN- MEMORI-
TIAM NON TANTVM ISAACVS PEYRERIVS ALE II.)
PER ἐνρημα PARADOXVM DE PRÆADAMITIS, DIS HAR-
VERVM ETIAM PRÆTER ALIOS BENE MVL. MONICO-
TOS WEIGELIANI, BOHMISTÆ, OSIANDRI- POLEM-
STÆ, FLACIANI AC PONTIFICII OBNVBILA- CVM.
TVM ATQVE OBFVSCATVM IVERE.

§. I.

Novit Satanas, multum momenti situm esse in dextra hujus articuli, ad naturæ institutionem attinentis, expositione; absque qua si foret, neque sequentes, de naturæ destitutione ac restitutione qui agunt, formæ sanorum verborum convenienter doceri possent. Quocirca semina errorum, adversum insequentia dogmata admittendorum, hic spargere allaboravit, multorumque animos eo pellexit, ut ad vitium primæ concoctionis, neque in secunda, neque tertia corrigendum, se abduci paterentur. Ita ergo præsentem articulum non inconcussum reliquit *Isaacus Peyrerius*, qui tandem Præadamitam suum ἔργον, quem in medium adduxerat, ipsemet explosisse & retractasse prohibetur. In hoc assent præter alia commenta,

cognitionem, sanctitatem & immortalitatem nusquam comparari potuisse virtute primæ creationis (Confer Hilpert. l. c. p. 2.) provocans ad Mairmonidem, qui ex majorum suorum autoritate meminerit Praeceptoris ipsius Adami, nomine Somboscer, p. 11. At enimvero quis non videt, hæc e diametro adversari Dicto nostro Classico, ubi Deus creasse hominem ad imaginem suam exerte scribitur? Proinde cognitio, sanctitas & immortalitas non aliunde, quam e virtute primæ creationis, quæ in primo extit homine, venit deducenda. Fabulam de Praeceptore Adami, eamque Judaicam, amissis harum futilitatium relinquimus, prout ex Autore Cosri etiam Hottingerus refert Hist. Or. l. c. 8. de Jambuschar, Roani & Zegrith, qui fuerint ante Adamum, quodque Jambuschar Magister fuerit primi hominis. Verum ad imaginem Dei creatus Adam haudquaquam indiguit Magistro.

§. 2. Nec Weigeliani intactum reliquere eundem articulum; quorum Antesignanus his omnino usus est verbis in Gulden-Griff cap. 1. 8: Der Mensch hat die ewige Seele durch das Einblasen von Gott/ samt dem H. Geist/ der halben sieget auch die himmlische Weisheit in ihm/ haud dubie per sapientiam primi hominis intelligens illam adeo jactatam lucem substantialem, homini primo collatam & inexistentem. Vid. B. D. Beierus Coll. Doctr. Quaker. & Protest. cap. V. Thes. 3. Succenturiantur Böhmistæ, monstruosam Dei imaginem prodigiosumq; hominem integrum nobis repräsentantes. Verba Jacobi Böhmii ex Aurora & aliis ejusdem libris producit B. D. Pfeifferus in der gerechten Sache p. 171: Siehe/die ganze Heilige Dreysaitigkeit hat mit ihrem Wällen ein Corpus oder Bildne aus sich selbsten zusammfiguriert/ gleich einem kleinen Gott/ aber nicht also harte ausgehend/ als die ganze Trinität/ doch etlichermaßen nach der CreaturenGrösse. Specialius p. 174: Die Seele war der Wurm/ aus Gottes des Vaters ewigem Willen erbohren/ ursändig aus Gott von Ewigkeit. Idem vult ac docet, der Leib sey gewesen ein

ein Englischer Kraft-Leib / der keine Zahne und Därmer gehabt / dann solcher Gestalt gehöre nicht in die Heilige Dreyfaltigkeit: Item , der Mensch seye vor dem Fall Mann und Weib zugleich gewesen / als beydes in einer Person. Item , Eva sey nicht nur aus der Rippen Adams / sondern auch aus dem halben Kreuz-Knochen seines Kopffs gemacht. p. 174. & seq. O inaudita vero & cum nostro dicto nunquam concilia-bilia spirituum phantasticorum ~~discrepantia~~, quæ quidem apud vi-ros, ejusmodi novitatum pruriginosatum & affaniarum impati-entes, duntaxat recitasse, nihil nisi eadem simul refutasse est. Refer huc, si libet, quæ de præexistencia animatum ex sapientia, bonitate, aliisque attributis DEI resultante, & in singulorum hominū materia individuante fundata *Henricus Morus* somniat, refutata a B. D. Alberti in additamentis Kromayerianis p. 597. sq.

S. 3. Præterea *Osiandristæ*, Origenem æmulati, sinceritatē ejusdem articuli turbare studierunt, contendentes. Adamum ab initio ad imaginem Filii DEI incarnandi sive Christi hominis (ad similitudinem quippe formæ humanae naturæ Christi, in mente divina præconceptæ) conditum fuisse. Cau-santur N) illud Paulinum Col. I. 15. ubi Christus dicatur εἰκὼν Θεοῦ ~~αὐτοῦ~~. Sed teneendum, isthanc denominationem τῆς εἰκόνος Θεοῦ haudquaquam in præsenti loco tribui & assignari Christo qua Humanam ; verum solummodo qua Divinam Naturam, ut-pote secundum quam, charactere insignitam hypostatico, est ὁ πατήρ, ~~ο~~ imago Patris & splendor gloria ejus. Cæterum Humana ejus Natura ipsa est ad imaginem DEI creata, & divinam Majestatem non ~~στιχωδῶς~~ habet, verum per communicationem accepit. Patet itaque nullitas consequentia: Christus est imago DEI in-visibilis: Ergo homo est ad ejusdem, qua incarnandi aut qua ho-minis, imaginem creatus. Excipiunt δὲ Αγιον jam esse ἐρωτηκον, adeoq; non tantum qua Λόγον, sed & qua ἐρωτηκον; Vix' clariss? non modo qua divinam; sed & humanam naturam esse Dei ima-ginem. Regero enim, sufficere, quod tum Filius DEI, cum homo

primitus conderetur, nondum fuerit $\tau\pi\sigma\alpha\rho\pi\sigma\tau\alpha$; quodque decreatum de hominis creatione, in Dicto nostro Classico descriptum, nihil quicquam de Filii DEI incarnatione habeat ascriptum. Non certe ait h. l. DEVS Pater, cum Filio & Spiritu S. loquens: *Faciamus hominem ad imaginem tuam, o Fili incarnande; sed nō frām.*

S. 4. Instant 1) ex nostra sententia in subsidium emergere porisina, quod non Adamus ad imaginem Christi Filii DEI; verum Filius Dei ad imaginem Adami sit factus. Verum apte dissecat hunc nodum duriorem B. Calovius ap. B. Quensted. System. p. 2. pag. 22. Adam fuit imago Filii DEI; sed non Filius Dei incarnandi, aut humanæ naturæ Christi. DEI Filius autem non potest dici ad Adami imaginem factus: quia, etiam si similis, quantum ad humanam naturam, Adamo integro dici possit, salva sua excellentia; non tamen justitia & sanctitas expressa in ipso est ab Adamo; quod ad id requiritur, ut quid sit alterius imago. Neque enim Christus vi benedictionis ante lapsum Adami factæ Gen. I, 28. genitus est; sed ex cœconomia singulari, & vi promissionis post lapsum factæ Gen. III, 15. nec naturalis propagationis lege, sed supernaturali Spiritus Sancti virtute, Luc. I, 35. Ideo non terrenus homo, sed coelestis fuit. 1. Cor. XV, v. 47. Urgent 2) Christum vocari δεύτερον αὐθεωπόν, secundum Adamum 1. Cor. XV. 45. sic ergo primum Adamum ad imaginem ejusdem incarnandi fuisse productum. Invertimus autem ratione, dicendo, si creationem Adami præcessisset idea vel forma humanæ naturæ Christi, in mente divina præconcepta, ad cuius similitudinem Adamus creatus fuerit, Christum πεπάτον potius αὐθεωπόν seu primum Adamum fuisse salutandum, quam secundum.

S. 5. 3) Addunt, electos appellari conformes imagini Filii DEI, Rom. VIII, 29. eorumq; corpora aliquando conformia fore glorioso ejusdem corpori, Phil. III, 21. Reponimus autem, συμμορφία isthanc non ad incarnationem Christi, neque ad creationem homi-

hominis, de qua in præsentis sermo est; verum ad divinam prædestinationem ad calamitatum, piis in bonum cedentium, perpectionem & futuram glorificationem spectare. Quod enim ad incarnationem attinet, hoc sensu nos non Christo; sed Christus nobis similis factus est Hebr. II, 14. accipiens μορφὴν ὁμοίαλην σαρκὸς αὐτοῦ φύσιος, Rom. VIII. 3. Quod autem ad creationem, nullibi dicitur in Scriptura, hominem creatum esse κατὰ τὸν θεόν, secundum Filium, sed κατὰ τὸν Θεόν, secundum Deum. Quenq[ue] l. c. Quod glorificationem denique concernit, ea diversa itidem est a decreto creationis in Dicto nostro promulgato, neque probat, corpus hominis ejusmodi exemplar fuisse, quod ad imitationem corporis Christi fuerit productum. Ecqui enim post lapsum, cum imago DEI deperderetur, hoc pacto membra hominis corpora remansissent?

S. 6. Concludunt 1) i. Cor. XI. 7. virum dici εἰνόντα καὶ δοξανθέα, Christum autem esse hunc virum. Sed dicimus in isto versiculo nihil de eo haberi, quod Adam ab initio conditus sit ad imaginem Humanæ Christi Naturæ. Id quod tamen erat probandum. Quando igitur existimat B. Kromayer. Theol. Posit. Pollem pag. 223 propositionem illam: *Homo conditus est ad imaginem DEI* respicere ad Filium DEI unigenitum, quem qualitatem perfectione retulerit primus homo; id non nisi in sensu demum porismatico sive accommodatio capendum probandum reor. Neque enim evinci potest, vocabulum εἰνόντων in sensu propositionis literali εἰνόντων sive personaliter, de secunda nempe divinitatis Persona, accipi. Neque etiam Scriptura, ceu dictum est, ullibi docet, hominem esse creatum καὶ τὸν θεόν, sed καὶ τὸν Θεόν. Sed esto. Consequentia firmo stet talo: *Adam conditus est ad imaginem DEI. E. etiam conditus est ad imaginem Filii Dei;* inde tamen nullatenus de jure elicias, quod sit conditus ad imaginem Humanæ Naturæ, in tempore a Filio DEI assumendæ; id quod tamen sibi potissimum voluit, essentialiēm

ac

ac personalem Christi justitiam, per quam in nobis habitantem justificemur, inde exsculpturus *Osiander*.

§. 7. *Flaciani* porro, suarum hypotheseon tenaces (conf. *Flacium ipsum Clav. part. 2. p. m. 369.*) turpiter hunc lancinarunt articulum, imaginem DEI, specialiter & primario sic dictam, esse ipsam hominis substantiam, docendo. Neu sine ratione errasse viderentur, his obduxere tradita sua lenociniis: *N* Si hominis substantia est corrupta per lapsum, sequitur, quod imago DEI fuerit substantia hominis ante lapsum. A. E. Prius confirmari videtur ex variis Lutheri phrasibus, quando veritus non est dicere: *Tua nativitas, tua natura, tota tua substantia est peccatum.* Idem *Comm. in Gen. 3.* statuit, peccatum esse de essentia hominis; & *Enarr. in Ps. Ll.* factum in utero peccatum esse. Vid. *Gesner. Disp. 3. pro Lib. Concord. p. m. 79. 80.* unde Canticum Spenglerianum: Durch Adams Fall ist ganz verderbt menschlich Natur und Wesen z. Consequenter indeliqueret, quoniam imago DEI per lapsum fuit corrupta. Verum in aprico est responsio, limitando Majorem: Si hominis substantia est corrupta per lapsum in se & formaliter; tum sequitur imaginem DEI fuisse substantiam hominis ante lapsum. Ita vero negatur subsumptum. Etenim si tanquam verum id supponitur, quod substantia hominis in se & formaliter sit corrupta; tum supponitur id, quod erat in principio. Quod attinet ad phrasin in Cantico, eam perinde, ac reliquas hyperbolas & *ἀνυγολογίας* B. Lutheri *D. Jacobus Andrea in Colloquio Lindaviensi*, anno 1575. contra Flacianos Rupium & Schefflerum habito, nec non *Gesnerus* l. c. & alii, dextre interpretati sunt, statuendo, quod ibi *vocabulum essentiae sumatur* *καὶ τὸ*, non ut est in predicamento substantiae, sed qualitatis, ac significet naturalem substantia conditionem. Ita totam oculi substantiam dicimus corruptam, cui tamen facultas videndi solum adempta est. Substantia quippe oculi corrupta est, non absolute, neque in se & formaliter; verum secundum quid, videlicet quoad corruptam, quæ antea ipsi plenisime

sime inhæserat , videndi facultatem . Nihilosecius , ubi linea rēcta tota incurvatur sive curva redditur , vere quispiam affirmaverit , totam lineam a naturali rectitudine , quam habebat , esse corruptam : quamvis interim de essentia linea nihil decesserit .

S. 8. 2) *Imago DEI aut fuit extrinsecum aliquid accidens , aut ipsa hominis substantia . At qui non illud : E. hoc erit agnoscendum .* Resp. per instantiam : Docilitas neque extrinsecum aliquid accidens , nec tamen ipsa hominis substantia ; verum intime inhærens perfectio est . Ergo datur tertium ; & sic Major haud legitime disjungit . Non certe dicimus cum Synergistis & Scholasticis , imaginem DEI externum tantum accidens aut ornamentum ; sed existimamus , illam fuisse interiorum virium ὀλοκληρώματος , totiusq; naturæ humanæ concretam perfectionem & rectitudinem , quæ ad intrinsecam ejus integratatem potissimum pertinuerit , & cuius ablatio horribiliter naturam depravarit , iræque DEI ac æternæ damnationis , remanente interim ipsa hominis substantia , constituerit ream . 3) *Si mens ipsa sive essentia hominis est renovanda , uti est Eph. IV. 23 sequitur , imaginem DEI esse ipsam hominis essentiam .* Resp. propositionem isthanc committere fallaciam a dicto secundum quid ad dictum simpliciter . Nimirum si mens ἀνθρώπι esset renovanda ; at hoc non affirmat ibidem Divus Apostolus : Verum jubet renovari mentem κατά τι , secundum spiritum ; & subsequente v. 24. statim explicat , quidnam per renovationem intelligi velit , nempe novarum qualitatum instauracionem ; quarum duas exprimit , justitiam & sanctitatem . Vid. B. Himmel . γνῶσι σεαυτὸν §. 99. 100. & ad de cumpromis B. Hutterum nostrum in Locis Theol. Majoribus p. m. 302. & seq.

S. 9. 1) *Sed imago DEI atque originalis justitia dat integro homini certum ac determinatum esse . E. est ipsa ejus substantia .* Resp. dist. inter esse hominis absolutum & substantiale , quod

alii vocant esse existentia; & modificatum atque accidentale, quod
alii appellant esse inexistentia. Propositio vera est non de illo; at
duntaxat de hoc. Ita doctrina dat homini docto certum ac deter-
minatum esse, sive est forma hominis docti, quatenus doctus est;
nec tamen ideo doctrina est ipsa hominis docti substantia. *"Eu-
δηλον. ॥) Sed alius est homo Physicus, alius Theologicus. Non il-
lius, sed hujus substantia fuit imago Dei. Respondetur, alium
qua substantiam ipsammet esse hominem Physicum, alium ve-
ro hominem Theologicum, nondum probatum est. Qua sta-
tum alius esse potest, qua substantiam non item. Addo, Flaci-
cium l. c. p. 370. & seq. ita se se declarasse, ut per substantiam in-
telligi vellet ipsam hominis formam substantialem ipsamque
animam rationalem; quæ hominis Physici utique consideratio
est. Hanc ipsam Flacii declarationem, utut in aliis modera-
tori sui sequacibus sit visus, reddit suspectiorem ista similitudo,
qua horrendam substantiae formalis inversionem talem, aut et-
iam multo tertiorem esse reputavit, ac si ex aurea imagine puella
aut juvenis refusa faceres vivam imaginem alicujus horribilis
Draconis, aut alterius horrende belluae; idque non sine etiam ipsi-
us materiæ corruptione l. c. ॥) Natura recta & integra est ipsa
hominis substantia. A. *imago DEI est natura recta.* E. Respon-
detur, argumentum hoc incedere quatuor pedibus; quandoqui-
dem terminus *natura* in majore *constitutive*, in minore autem
perfective & *inceptive* accipitur. Absque quo si foret, ipsa mi-
nor esset falsa. Etenim *ceu* rectitudo linea non est linea ipsa;
ita nec rectitudo & perfectio naturæ est natura ipsa. ॥) Condidit
autem DEUS hominem ad imaginem suam, non tantum ad ejus ac-
cidentia. E. *Ipsa etiam hujus substantia, ipsa anima, ipsumque
corpus est imago DEI.* R. (a) Percepimus ante, quod Paulus ima-
ginem DEI per accidentia describat; & hac de causa negamus,
in antecedente inter imaginem DEI & ejus accidentia opposi-
tionem recte institui. (B) Si *imago DEI* ab adversa parte acci-
pitur *anūq̄w* sive *improprio sensu*; prout nonnulli animam ho-
minis*

minis ipsam, ejusque facultates (in quibus *Deus* quædam exprimit, & exemplar quoddam divinitatis est) imaginem DEI appellarent; tum vero status controversæ minus dextre observatur. Quæritur enim h. l. de imagine DEI proprie sumta; qua ratione si quis afferat, corpoream hominis substantiam Deum repræsentare, Anthropomorphitarum renovare errorem is videtur. Vid. *Himmel.* ibid. §. 102. apud quem plura invenies, hanc in rem excussa.

S. 10. Depravant ac pervertunt tandem hunc articulum; idq; eo, ut alios postmodo de P. O. & libero arbitrio tanto facilius depravant ac pervertant, Adversarii *Pontificii*, quorum os *Bellarminus* Tom. IV. *Controv. lib. de gratia primi hominis cap. 5.* Romanæ Ecclesiæ placita sic eloquitur: *Sciendum est primo, hominem naturaliter constare ex carne & spiritu, & ideo partim cum bestiis habere propensionem quandam ad bonum corporale & sensibile, in quod fertur per appetitum sensitivum: ratione spiritus & communioris cum angelis habere propensionem ad bonum spirituale & intelligibile, in quod fertur per intelligentiam & voluntatem: ex his autem diversis vel contrariis propensionibus existere in uno eodemq; homine pugnam quandam, & ex ea pugna ingentem bene agendi difficultatem, dum una propensio altera impedit. Sciendum secundo, divinam providentiam initio creationis, ut remedium adhiceret huic morbo seu languori naturæ humanae, qui ex conditione materie oriebatur, addidisse homini donum quoddam insigne, justitiam videlicet originalem, qua veluti aureo freno pars inferior parte superiori & pars superior Deo facile subjecta continere: tur: sic autem subjectam fuisse carnem spiritui, ut non posset ipso invito moveri, neq; ei rebellis fieri, nisi ipse fieret rebellis Deo: in potestate tamen spiritus fuisse, rebellem Deo fieri & non fieri. Quare non magis differt status hominis post lapsum Adam a statu ejusdem in puris naturalibus, quam differat spoliatus & nudo; nego, deterior est humana natura, sicut culpa originalem detrahias; nego, magis ignorantia & infirmitate laborat, quam esse & laboraret in puris na-*

turalibus condita. Proinde corruptio naturae non ex alicuius doni naturalis carentia, neg. ex alicuius male qualitatis accessu, sed ex sola doni supernaturali ob Ada peccatum amissione profluxit.

S. 11. Enimvero quam certum est, primum hominem eo momento, quo creatus est integer, fuisse etiam integrum, fuisse rectum, fuisse valde bonum, ita, ut ipsi concrearetur imago DEI; & primo contra momento, quo sese voluntarie corrupti, fuisse corruptum, ita ut quicquid ex ipso carnaliter nasceretur, caro foret: tam certum etiam est, nullum unquam hominem in statu purorum naturalium extitisse. Atque ob id cordatiores Theologi, quorum vestigia nunc pressius calcamus, dudum ex verbo DEI evicerunt, statum purorum naturalium tantummodo ens rationis appellari debere; & nihil esse aliud, quam factum e Scholasticorum cerebellis exclusum. Quid opus est verbis? Fingitur, Adamum integrum naturaliter constitisse ex carne & spiritu, ejusdemque naturam in se conditam fuisse cum quodam languore & virium rebellione, quæ ex contrariis propensionibus originem traheret, ita, ut caro subinde spiritui repugnaret. Fingitur, concupiscentiam esse homini naturalem, & quidem non ut aliquid bonum; sed ut vitium naturæ: non ex intentione Conditoris, sed ex conditione materiae. Fingitur tandem, DEV M, ne rebellione ista virium in statu innocentiae erumperet in actum, addidisse supernaturale donum iustitiae, qua coerceretur; donoque illo per lapsum deperdito naturam non esse corruptam; sed tantum rebellionem virium concretam in actum perductam. Vid. B. D. Gisenii Papismum pag. 601. & sequ.

S. 12. Et vero quid sibi vult ista rebellione $\chi \varepsilon \alpha u t o p o x \chi \alpha$ hominis integri, quid pugna cum semetipso, condita sine intentione conditoris? Manichaismum certe sapit hæc Cardinalis hypothesis. A quonam enim, obsecro, principio trahit originem? Si non a bono; igitur a malo: Aut si a bono, equi ergo sine intentione ejusdem? Aut si ex conditione materiae: Unde ergo materia?

teria? Anne non a bono? An ergo Deum concupiscentiae carnis aduersus spiritum esse causam existimabimus? Absit. Neq; enim est DEVS iniquitatem volens; multo minus creans. Addo, si hæc reluctatio ad statum naturæ puræ attineret, & in illo statu semper maneret, utut succederet naturæ integritas & corruptio, utut ejusdem institutio, destitutio, restitutio & glorificatio sibi invicem surrogarentur; hoc quidem certe pæsto alteram in cœlis vitam, ad quam omnes tendimus, haudquaquam fore perfecte beatam. Etenim reluctantia ista & rebellio inferioris facultatis contra superiorem, appetitus sensitivi contra rationem, ex conditione materiæ beatis cœlitibus etiamnum inhæreret. Verum hoc esse impense absonum ecquis obsecro non videt?

E. & illud.

§. 13. Argumentum potissimum, quo errorem tam insignem palliare satagunt Bellarminus aliique Pontifici, desumitur a concupiscentia pomi vetiti, quam πειρωμένη Eva in se conceperit. Et quidem certe verba hæc sunt clara Gen. III,6. Cum igitur videretur mulieri, bonum esse fructum arboris illius in cibum. & gratissimum esse illum oculis, ac desiderabilem esse arboris fructum ad habendam intelligentiam, accepit de fructu ejus & comedit; etiamq; dedit viro suo, qui comedit. Ista, inquit, concupiscentia aut fuit a DEO, aut a pomo verito, aut ab affatu serpentis; aut a puris naturalibus remoto dono supernaturali. Non a Deo; siquidem hic ita statueretur causa peccati. Neg; apolo: Ecquienim id, quod in se bonum erat, malam sui concupiscentiam excitaret? Neque ab affatu serpentis: Ecqui enim protoplasti, tanta sapientia prædicti, ab animalculo seducerentur? Resstat, ut a puris naturalibus ortam fuisse nobis persuadeamus.

§. 14. Enimvero dudum a Nostris hæc Bellarmini arma & spicula gladio verbi elisa discussaque novimus. Ut enim statu controversia rite informato fellacia plurium questionum devitaretur, haud abs re distinxerunt ante omnia nonnulli inter hominem integrum, labentem, & lapsum: iidemque non

de integro ut tali; nec de lapsō, ut tali: verum de labente homine, seu mavis, de lapsū Evæ & Adami, prout in fieri consideratur, in præsentia quærl animadverterunt. Quid multa? Hic sane concupiscentiæ pomi vetiti causas partim insufficienter recenset, partim male removet Bellarminus; ut adeo necesse non sit a puris naturalibus eandem accersere. Insufficienter, inquam; siquidum ad serpentis affatum debebant addi Diaboli seductio & hominis consensio, in libertatis concreata ac propria voluntario abusa consistens. Diabolus certe tunc, cum Eva concupiseret, suggestit & inspiravit pravitatem in cor ipsius: Nec frustra. Eva enim tunc consensit; Eva tunc libertate propria & primitus concreata sic abusa est, ut Diabolo pellicienti magis crederet, magisque suffrageretur ac pareret, quam DEO prohibenti: Eva tunc sponte a DEO ad Diabolum sese avertit, atq; ita DEO ad iram provocato justeque permittente harmoniam virium animæ in natura divinitus condita destruxit.

S. 15. Præterea male removet Cardinalis. Affatus enim serpentis non ita ruditer & crude inspiciendus erat, tanquam ab animalculo isto solo Protoplasti, tanta sapientia prædicti, seducerentur. Ecquis nimirum erat antiquus iste coluber? Satanas erat, totum mundum seducens Apoc. XII, 9. Verum utique ac naturalem serpentem conspiciebat Eva, utpote cum animalibus agri cæteris collatum, & vere punitum Gen. III, 14. Sed tamen eundem haud licet existimare fuisse tum solitarium, aut solitarie præsentem, verum obsecsum seu ἐρεγύμενον a Diabolo; utpote συλλογισμῶς locuto, κατόδηλογισμῶς, Evans nempe decipiente ac divinitus punito, vers. 15. Hic autem totum aliquod σωδεῖον, ex Diabolo & serpente constans, esset illud, quod cum Eva loqueretur; solus tamen serpens nominatur, quia sermo instituitur καὶ δοξαν, Evaque adeo nihil vidit præter serpentinum, qui fuit personatus & quasi visibile os Diaboli, in illo latenter, non aliter, ac his, qui in comediat repreäsentat Regem, Rex appellaretur. Ecqui autem, inquis, Eva, tanta sapientia prædi-

ta (adeo simplex enim haud fuit, ut butaret, pruta loqui,) vel a Satana, qui delitesceret sub serpente, potuit decipi? Resp. Sufficit, quod Eva per serpentis istius παρεγγίαν 2. Cor. XI, 3. (haud dubie ita, ut de Corinthiis, aliisve Evæ filiis ibi sublumit Apostolus ἡ θεογένη τὰ νόμου τὰ αὐτῆς δικῆς αὐθότητος λῆσις εἰς τὸ Θεόν, ut corrumperentur cogitationes ejusdem, degenerarent g̃, ac deciscerent a simplicitate erga Deum) εἰς γνώστην: quodque se se decipi passa voluntarie defecit a DEO, atque ita appetiit divinitatem, seu mavis, cum Apostolo denuo loquar, ἀγνοεῖν τὸ γνωστὸν τὸ ἄνηρ ἡ θεῶν, h. est rapto pomo vetito rapere voluit equalitatem DEI, Phil. II, 6.

§. 16. Quanto major itaque fuit Evæ sapientia, tanto enormius peccavit. Utique fuit in ipsa θείωσις, scientia & sapientia, non tantum concreta, Col. III, 10. verum etiam concreta superaddita seu revelata, quandoquidem apertissimis verbis edixerat Creator Gen. II, 17. *Quocunq; die comederis ab illa arbore, morte morieris.* Hac ultraque tam concreta, quam revelata scientia Eva abutens, tanto, inquam, gravius peccavit, divinam nempe revelationem posthabendo, ac Diabolo, serpenti antiquo & personato, magis credendo, quam Creatori DEO. Id quod veluti ex verbo DEI certo cognitum habemus; ita conjecturam eruditorum suo relinquimus loco, quam attulit B. D. Polycarpus Lyserus, in Adamo p. 227. ajens: *Eva, quæ naturas noverat, sciebat serpentem naturaliter loqui non posse. Mirata igitur, qui fieret quod serpens loqueretur, cogitavit, subesse aliquid peculiare, præternaturale quippiam & prorsus divinum; maxime cum de divinis rebus loqui incipere. Scivit enim Eva aliquid de spiritibus de Angelis qui propiores sint DEO. Judicavit itaque, (perverse contra conscientiam, ceu jam percipimus,) peculiarem hanc esse DEI revelationem. Hoc decepit ipsum, ut auscultaret. Quorūm tendunt recensiones quidam, deceptorem Eva Satanam, transformantem se in Angelum lucis,* 2. Cor. XI, 3. 14. *inspicere, & ad nomen Seraphim, quo tam*

Ange-

Angeli, quam serpentes lucidi insigniantur, attendere jubentes.

S. 17. Frustra excipis pro Bellarmino, aliisque Papistis ac Papizantibus, verba, quae §. 13. ex Gen. III, 6. fitimus, concupiscentiam pomi vetiti in prima Matre, & consequenter in Adamo fomitem aliquem internum arguere, eundemque jamdum in ipso integritatis statu presentem; absq; quo si fuisset, suasionem Satanae conceperissent, ipsive locum decesserint, nedum suggestioni ac tentationi ejusdem succubuerint. Hic ergo nullus esse potuit alius, quam puxerat naturalium fomes. Relp. enim, supponi hic tanquam certum atque probatum, quod tamen minime omnium probatum est; quod nempe ἔσωθεν seu ab aliquo fomite interno primitus tentati fuerint Protoplasti. Post lapsum quidem certe id ita sit, ut propria, ut sua quisq; concupiscentia ἐξελιχθε-
νται δε λεπόμενος tenterat Jac. I, 14. Ante lapsum vero ejusmodi vitiosas carnis illecebras affuisse, & infuisse Protoplasti, strepitum malorum affectuum rationi adversantium ἔσωθεν ab intra etiam tunc, cum laborentur, eosdem infestasse dum hic affirmant Pontificii, næ! id ipsum manifeste petunt, quod erat in principio.

S. 18. Ita vero sese res habet. Ἐξωθεν primitus tentam fuisse Eam, verba textum allegatum antegredientia clare docent, nempe verl. 4. & 5: ubi serpens ait: Non utiq; moriemini; Novit enim DEVS, quo die comederitis ex ea arbore, apertum iri oculos vestros, & vos fore sicut DEVS. Huic igitur super divinitate consequenda formato sophismati dum patulas aures sponte applicuit Eva; non illecebris certe internis, verum potius externis adducta liberam obsequendi his suasionibus, & non obsequendi, potentiam habuit. Eo ipso autem dum habuit, eandem ad obsequendum voluntarie determinavit (perinde, ac ille, qui fenestram aperit, eam, quam antea habebat facultatem aperiendi & non aperiendi, eo ipso, dum aperit, ad aperiendum determinat) atque adeo per obiectum istud ipsum exter-

externum, simulac sese ad id libere determinaverat , deducta , e vestigio seducta & prolapsa fuit ad corruptionem omnium animæ suæ facultatum , maxime intellectus voluntatisque (perinde , ac si quis , fenestram patefaciens , aërem venenatum in conclave intromittit) Simulac enim apateticum Satanæ Syllogismum in cor intromiserat , & intellectu approbaverat suo : simulac intellectus voluntati Θεομορφίαν tanquam bonum apparen̄s repræsentaverat , & voluntas ejus voluntati Satanicæ quam liberrime fuerat obsecuta ; ecce ! post idem hunc deum a Satana infictum , & infeliciter exceptum natura scuari incipit ; Ecce ! forinsecus admissum & sponte assumptum venenum totam naturam inficit ; Ecce ! pravitatis diabolice & externæ effectus , interna etiam pravitas , imo mors ipsa εἰσελυσαμένη εἰς τὸν κόσμον est præsto : mox pedes accedunt , manus decerpunt , dentes pruriunt , os comedit , guttus oblectatur & deglutit , venter suscipit , lingua Adamo commendat : sive tota massa inficitur , ut nihil incorrupti maneat in tota Eva . Hic processus , ut ita dicam , istius moralitatis fuit : sic a natura integra voluntarie attracta ; sic contrafacta λογισμοὶ καὶ ζητικοὶ , sic introducta χέρωσις & apostasia a Creatore , sic Protoplasmorum voluntas a Deo aversa , ad Diabolum conversa & hostis Dei facta est . Verbo : Ut secundus Adam Christus non ἐσωθεὶς a Satana , verum ἐξωθεὶς tentatus fuit : Ita etiam primus . Ille victor ; hic vietus . Evolve super haec tenus dictis præter alias numero pene inumeros D. Müllerum Atheism. devict. pag. 270. & seqq. D. Pfeifferum Dub. Vexat. pag. 21. 22. & meam de Pseud- Adamo Socinianorum , hic itidem papizantium , pag. 15. & 23.

S. 19. Ruente igitur purorum naturalium figmento , cætera , quæ superstruuntur , itidem non ruere non possunt ; maxime vetus istud Pontificiorum ἀντίτυπα , quod imago Dei in primo homine donum aliquod supernaturale , externum , purissimum naturalibus superadditū fuerit quo amissō naturalia tamen manserint integra , liberum hominis arbitrium non sit amissum extinctumve.

ac ipsum peccatum originis tantum in privatione justitiae originæ
lis consistat; & B.O. vita eterna meritaria ab hominibus fieri pos-
sint. Ita vero error errorem extrudit: Ita, dato uno absurdo se-
quuntur plura: Ita postmodum derogatur gratia regenerationis,
justificationis, sanctificationis, redemptionis & salvationis; si ar-
ticulus de imagine divina non fuerit traditus verbo DEI confor-
miter. Repeto, quæ jamdum innui: Subruto purorum na-
turalium statu, supernaturalitas externa imaginis divinæ non
potest non cadere. Et argumenta certe, quibus eam probare
annuntiuntur Adversarii, parum faciunt ad rem. Ut stringam
potiora, *Psalmus octavus v. 5. Quid est homo &c. gloria & honore*
coronastieum; non de homine Ψιλῷ, verum Θεανθρώπῳ agit,
teste omni exceptione majore Apostolo I. Cor. XV, 27. Eph. I,
22. Hebr. II, 9. *Pulvis Gen. III, 19.* non intelligitur de terra be-
nedita, qualis ante lapsum fuit, & de qua in præsenri contro-
vertimur; verum de maledicta, cuiusmodi post lapsum extat.
PSalmus XLIX, 21. Homo, cum in honore esset &c. itidem non lo-
quitur de homine integro; sed lapso. Tandem exemplum si-
ve parabola de homine in latrones incidente non quascum principalem (vid. B. Dannh. Mem. Evangel. in Dom. XIII. Trinit.)
sed accommodatitum modo & porismaticum amissionem ima-
ginis divinæ repræsentat.

S. 20. Argumenta Bellarmini secundaria, quibus l. c. ad-
struere laborat suorum hypothesin, equidem ad quatuor po-
tissimum capita revocabo. Primum sumit a partibus inter se
pugnantibus. Nam homo, inquit constat ex partibus inter se
pugnantibus. Ergo pugnantes propensiones sunt naturales. Qua-
re per quod primi parentes naturali pugna carnis & spiritus ca-
ruerunt, id fuit supernaturale donum. Per rectitudinem vero
originalem caruerunt illa pugna. Ea igitur fuit supernaturale do-
num. Responsio est in promptu. Negatur antecedens: negatur re-
pugnantia partium virium in homine integro. Si enim eo
momento, quo DEVS fecit hominem, fecit eum שׁ five re-
ctum;

Etum; / fecit autem, id arguente ac probante Dicō nostro Clas-
sico) ēx rōv ēdwaīrōv est, quod eundem considerit cum ejus-
modi repugnantia. Alterum petit a peccatis actualibus, per qua
renati non amittant aliquam naturae proprietatem, sed tamen
donum supernaturale: Ergo etiam per Adami peccatum non esse
aliquid de naturae proprietate perditum opinatur. Regerimus,
hoc argumentum non adversari nobis, ut qui imaginem DEI
primo homini non dicimus naturalem consecutive; sed perfe-
ctive, sed subjective & propagative talem. Mansit igitur in A-
damo peccante affectio physica, seu proprietas naturae, de qua
concludit argumentum; non vero mansit perfectio concreata,
ei subiective inhærens & ad posteros propaganda.

S. 21. Tertium asciscit inde, quod, si I. O. fuerit naturalis,
sequatur, Adamum fuisse naturalem DEI filium. At talis solus est
unigenitus. E. Reponimus, inficiandam esse sequelam. Ad natu-
ralem enim illum DEI Filium, quem Cardinalis allegat, requiritur
ōuotōrōa numerica; ad imaginem vero DEI, que primo homini
naturalis dicitur, non requiritur, ut sit unius & ejusdem numero
essentiae cum Deo. Quartum denique sic informat: *Si natura
humana non est creata a DÉO sine originali iustitia, sequitur,
non esse revocatum mortuum in hanc vitam sine ea. At contra-
rium testantur exempla Lazari & aliorum. Nam cum DÉVS
solus propria virtute illos resuscitarit in vitam, non posset a pecca-
ti causa liberari: Si repararet naturam malam, necessario pecca-
ret. Idem enim esset, ac si crearet naturam peccantem. Re-
sponsi loco dicimus a) consequentiam anteriorem esse fculne-
am; & ab homine integro ad hominem lapsum perperam inferri.
Non sequitur: *Natura integrā non est creata sine I. O.* E homo la-
psus non est resuscitatus sine originali iustitia. b) Negamus hanc
insuper consequentiam posteriorem: *Si Christus resuscitavit La-
zarum sine I. O. sequitur, quod Christus sit causa peccati.* Neque
enim iustitiam originalem statuimus esse homini naturalem con-
stitutive aut consecutive, ita nempe, ut essentiam ejus consili-*

tuat, aut ex eadem fluat necessario. Quocirca vel sine ea potuit resuscitari Lazarus. Plura reperies apud *Gijen. l. c. Disp. XLII. p. 613. & seqq.*

§. 22. Cæterum dum *naturalem* dicimus imaginem DEI & iustitiam originalem in primo homine, tenendum, a Bellarmino nobis falso tribui, quod *omnia dona supernaturalia primo homini denegemus*. Agnoscimus enim gratiosam Spiritus Sancti imo totius adoranda Trinitatis inhabitacionem, singularem curæ & providentiae divinæ fruitionem &c. fuisse in Adamo dona supernaturalia. Interim non fuerunt illa *imaginis concreata pars* (nec sese habuerunt per modum qualitatis concreatae) sed *consequentialia ejusdem*; aut *connexa certe ejusmodi*, quæ illustrarunt & confirmarunt coacreatam illam virium omnium perfectionem & integritatem. Etsi igitur tota Trinitas, gratiose habitans renatos homines *Joh. XIV. 13.* multo magis integros & innocentes habitavit gratiose, illa nimis in habitatione hanc in nobis restaurante & innovante: *Col. III. 10.* Hæc tamen ipsa habitatio non fuit naturæ hominis integri ita penitus infixa, aut sic comparata, ut etiam vi generationis, vel mediante illa, transiisset ad posteros, uti mediante generatione in statu integritatis transiisset imago. Id quod annotat cum *D. Joh. Adam. Osiandro Quenst. l.c. p. m. 41.*

MEMORI-
ALE III.)
PANAR-
MONICO-
PRACTI-
CVM.

MEMINERIMVS ERGO, QVID FVERIMVS, QVID
SIMVS, ET QVID FVTYRI; VNDE NIMIRVM
LAPSI, QVORSVM RESTITVTI, ET QVI TAN-
DEM PERFECTA IMAGINIS AMISSÆ RESTAV-
RATIONE CORONANDI SIMVS.

§. 1.

PAnormoniam hanc infinitæ Creatoris, Redemptoris & San-
ctificatoris nostri misericordiæ unice ferimus acceptam.
Unde si quæritur **N**) numquid in statu innocentia, per justitiam ori-
ginalis

ginalis exercitium potuerimus nobis vitam aeternam promerere?
affirmativa quidem placet Bellarmino l. 5. de justif. cap. 12. §. Con-
traria; & Martinio in Christiana & Catholica fide, pag. 316. &
seqq. quippe Protoplatis ante lapsum meritum vita aeternae
stricte dictæ tribuentibus. Verum negativa sese nobis ob tres
potissimum rationes probat, 1.) quia Protoplasi vitam aeternam ex longe altiore principio, quam proprio merito, nem-
pe ex divina sui ad imaginem DEI creatione, per quam etiam
sufficientes in concreata sua rectitudine & felicitate consistendi
vires acceperant, fuissent adepturi: 2.) quia perfecta ipsorum
obedientia erat aliquod debitum: quo DEO, ut suo Domino,
Creatori & Conservatori plane erant devincti: 3.) quia inter
ipsorum obedientiam temporalem & inter beatitudinem aeternam nulla dabatur proportio. Ubi ergo deficient requisita
meriti; ibi deficit meritum ipsum, in rigore ita dictum. Conf.
B. Fevrborn. Syntagm. I. pag. 699. & B. Dannh. I. c. pag. 574.

S. 2. Si queritur **D**) num tantum inter sit nostra, cognoscere statum integratis? Resp. omnino. Nequid enim de eo
 repetam, quod jamjam edocui, lassa imaginis divinæ doctrina
 plura fidei nostræ capita violari; neve conjugii, in Paradiso jam-
 dum instituti, reverentiam ex dictis haecenus deducam. Po-
 tutisset quippe Creator omnia simul producere individua huma-
 na, perinde, ac Angelica produxit; verum noluit, & contra
 decrevit omnium sapientissime, sese per conjunctionem maris
 & foeminæ genus humanum, & quidem ex uno sanguine, pro-
 pagaturum. Illud modo nunc devote cogitandum sistimus, quod
 Adamus nostra fuerit stirps, ex qua pullulamus & succum trahi-
 mus rami. Quodsi persistisset in sua integritate stirps; tantum ad
 nos redundasset bonum, quantum ex lapsu malum attraximus. Si
 Rex donat Ministro prædium, omnes ejus posteri hujus doni
 evadunt particeps: Ita nos dominio super creaturas in Adamo
 donati fueramus. Quod perditum est, inquis, perditum est: fru-
 stra itaq; tanto cum studio desideratur. Regero: Instaurandum

tamen est, si volumus salvati, idque ex prescripto Apostolico. Velut ergo, qui margaritam amisit, & ejusdem inveniendae docetur viam, hanc non negligit, verum summa cum industria investigat & sectatur: Ita nostrarum partium est, meminisse assidue, quid perdidimus in Adamo; & quia jubemur id querere; ac docemur id invenire in Christo; viam ad salutarem hanc inventionem non negligere.

§. 3. Si queritur 1) num imaginem DEI in illo, quod circumgestamus, corpore & ejusdem euangelica videamus esse superfitem? dici potest, imaginem DEI ἀκύρως & in sensu latiore (si que non formaliter accepta in qualitatibus illis ab Apostolo denominatis ponatur, verum materialiter sumta etiam ἐγένεται siue rudera, quæ post lapsum tam ex parte animæ, quam corporis remansere, comprehendent) in ευαγγελίᾳ illa corporis humani etiamnum conspicere. Ut nempe κοντά ενοιαῖ, hodienum in nobis superstites, sunt quasi radii divinæ nobisque concretae sapientiae: Ita etiam ipsam in utero facta efformatio, progeneratio & symmetria miranda nostri corporis, ad cuius dispositionem ipsa quoque anima, qua esse respectivum considerata, disponitur, Θεός quid est, non nisi ab omnipotente Creatore, cuius cum Sapientia maxime congruit, perficibile. Quod dum statujimus, nullatenus pollicem premissim Ausdranis sive Anthropomorphitis, qui rationem imaginis DEI in structura & externis lineamentis posuere; aliisve, contendentibus, Deum humanam prius assumpsisse formam, & postmodum dixisse: Faciamus hominem ad imaginem nostram. Reprobamus nihilosecius Ursini & Polani sententiam, autem tantum, DEI imaginem in solo animo, nullatenus in corpore humano fuisse conspicuam. B. D. Weinmann. Instit. Theol. p. 144. & sq.

§. 4. Si queritur 2) an non totum hoc universum, quod occupamus, quodque ab ornato suo κόσμῳ appellamus, possit vocari imago Dei? tum vero affirmativam amplexuris majere δικολογίᾳ

ρολογίας utendum fuerit, quam anterior erat corpore humano. B. quidem D. Balduinus Cas. Conf. p. m. 71. posteaquam dixisset imaginem & qualitatis, appellans ita Filium DEI, & *imaginem qualitatis*, in qualitatum conformitate cum Deo positam, de qua nunc præcipue ex Dicto nostro agimus; adjicit tandem *imaginem umbratilis sive representationis, adumbrationis, & externae figuræ*, sicutque late loquendo existimat, mundum dici posse imaginem DEI, quatenus ex mundo arguimus DEI potentiam, sapientiam, bonitatem. *Invisibilia enim DEI e creatione mundi conspicuntur* Rom. I. 22. Si 1) recouitur *vetus quæsitum, num forma sanorum verborum vim faciant, qui sanctos etiam Angelos ad imaginem DEI creatos esse dixerint;* B. Gerhardi responsio, quam habet Disp. Isagog. L. VII. c. VI. §. 16, a B. Calovio in Vindic. fama §. 72. non irprobatur. Sed enim distinxerat B. Gerhardus inter imaginem DEI δικτυως acceptam, pro omnibus omnino requisitis, in quibus tam principaliter, quam minus principaliter ea consistit; & μερικως, pro illis, in quibus primario sita est, negaveratque respectu priori Angelos posse dici ad imaginem DEI conditos; quia essentiale requisitum imaginis DEI fuerit *dominium in brata;* Angeli vero non ad regimen, sed ad ministerium, ratione officii sui ordinarii, creati sint Heb. I. 14. *Μερικῶς tamen si accipiatur, admiserat, dici posse ad imaginem DEI conditos.*

S. 5. Si disquiritur 1) *num hodiernum dubitare fas sit, secundum muliebrem ad imaginem DEI fuisse conditum?* Illam sane dubitationem de re minus dubitabili moveri sentio, adeoque capitibus illis accepsendum judico, de quibus omnino non disputandum arbitratur Aristoteles lib. 1. Topic. cap. 8. Quemadmodum autem Socinianis possibile non est, folide ex verbo DEI probare, quod *imago DEI* constiterit *dunataxat in domino:* Ita ne quidem illud probare ipsi possibile est, quod plane nulla dominii particula residetur in mulieres in statu innocentiæ. Si 1) certatur, *num possit a nobis sciri, quoniam præcisæ die*

die perdiderint DEI imaginem Protoplasti & non desunt, qui quadragesimo, nec, qui tertio decimo mundi die id factum putant. Lutheri conjectura dies Sabbathi lapsi assignatur. Exiguum certe intervallum statui integritatis plerique interpretes concedunt: nec certi quid determinari potest. Vid. Syst. Gotham. Hist. Eccl. p. 6. 7. ubi asseritur rectissime, ipsum septimum diem sive septimam temporis partem jure divino etiam ante legem Mosaicam cultui divino fuisse dicatam.

S. 6. Si Π) ambigitur, num licet nobis detrahere Protoplasti licentiam descendendi carnis? praxi quidem hodierō illa a carnis abstinentia parum responderit. Cogitet quis, ait B. D. Lyserus in Adamo p. 120. Hec certe (Protoplastorum) mensa nimium est vulgaris & frugalis. Nam vesci herbis, radicibus, pomis, pyris, bestiale magis est, quam humanum. Quando DEI filii suis parat mensam, aquum foret, ut magis opipare eam insisteret, laetus suos traharet. Debuit perduces, phasianos, attagenes, carnes ferinas, cum varii generis delictis apposuisse. Hoc enim est genii humanii ingenium, ut a DEO data fastidiat & ampliora appetat. Sicuti Iudei in deserto murmurant, cum DEUS non satis delicate mensam ipsi pararet. Sed DEUS hoc ipso frugalitatem & temperantiam docere voluit; ut, quia natura paucis est contenta, homines luxum & abundantiam fugiant: siquidem homo non sit conditus, ut edat, bibat, huncetur, lurcetur; sed sufficiat, ipsum ita edere, quo possit vivere. Voluit insuper occurrere sollicitudini vittus, ne de eo parando animo angatur, siquidem undiq. occurrerent herbae, nupsiam non vel radices, vel fructus arborum inveniri possent. Interim haec mensa DEI nec vilis fuit, nec aspernanda. Cum enim tum omnia essent perfectissima & VALDE BONA; dubium non est, fuisse cibos jucundissimos & bellissimos, bene olentes, bene sapientes, sanitati & valitudini conducentes, & longo plus succi & virium suppeditantes, quam nunc vel piscium vel volatilium caro praestare possit. Brevisiter: Unum pomum tum temporis cum gaudio & bona conscientia degu-

degestatum melius sapuit, quam nunc omnium myropolarum bel-laria & lautitia. Nunc conquerimus & correvehimus unde quaque magno labore, majoribus sumptibus, magno rei familiaris danno, quibus prurienti palato satisfaciamus & appetitum excitemus: tamen vix invenimus, quod cum voluptate percipiamus, imo sape plus nobis ipsis nocemus, & non tantum pauperiem, sed & morbos nobis variegatis nostris delitiis attrahimus. Tunc unica radix praestantior fuissest his omnibus. Terra enim tum nondum erat maledicta. Hæc Polycarpus Aliis vero probabilius videtur, esum carnium, qui post diluvium demum aperte fuerit enunciatus, jam ante illud (concessio homini in bruta animalia dominio) tacite permisum, ac nullibi exertsis vetitum verbis fuisse. Vid. Syst. Goth. loc. cit. pag. 27.

§. 7. Si D)angeris animo, qui de salute tua certus esse queas, cum ad consummatam imaginis divina restorationem, & justitiae inherentis perfectionem hac in vita pertingere non possas? Id ita habendum est, certitudinem salutis tuæ non dependere a qualitate Tuæ, & quidem propria; verum a verbo DEI, cui si firma fiducia adhærescis, idque arctissime tenes; firmam habes DEI promissionem, firmum etiam juramentum; quæ sunt res duæ invariabiles. Sciscitaris ex me, cur DEVS non perfectam imaginis suæ restorationem hac in vita, perfectamque justitiam inherentem tibi indulget? In promptu responsio est, sufficere, quod in futura vita illam datus sit. Post lapsum autem nihil viribus tuis, nihil qualitatibus propriis, sed omnia infinitæ suæ misericordiæ & merito Filii sui, quod infiniti valoris est, adeoque justitiae ejusdem imputatae vult accepta ferri. Tu proinde omni coram ipso gloria destitueris; ipsius vero infinitæ ac meræ omnia debes, quæ in hac & futura vita accipies, gratia, cujus nomen gloriosum atque benedictum manet

in secula! Amen!

E

Repe-

Repetitio quarundam thesium, ex LL. Normalibus ac Symbolicis excerptarum, & a Novatoribus nonnullis impetitarum.

§. 1.

Enthusiasmus insitus est Adamo & filiis ejus a primo lapsu usque ad finem mundi, ab antiquo Dracone ipsis veneno quodam implantatus & infusus, estque omnium heresum & Papatus & Mahometismi origo, vis, vita & potentia. Art. Schmalc. part. 3. art. 8. p. 333.

§. 2.

Falsum est, Deum in conversione & regeneratione hominis substantiam & essentiam veteris Adami, & praeipuc animam rationalem, penitus abolere, novamque anima essentiam ex nihil in illa conversione & regeneratione creare. Epit. F. C. art. 2. p. 581.

§. 3.

Nullius hominis ratione intelligi potest, quam profunda & tetras sit corruptio natura malum hereditarium. Art. Schmalc. part. 3. art. 1. p. 317. F. C. Decl. Solid. art. 2. p. 639.

§. 4.

Ea, que ad efficaciter inchoandam hominis nondum renati conversionem pertinent, nequaquam humanis viribus liberi arbitrii ulla vel minima ex parte ascribimus. Ibid. p. 663.

§. 5.

Homo ante regenerationem ne quidem aliquo modo, aut languide, sese ad gratiam DEI preparare potest. Ibid. p. 655.

§. 6.

Damnamus Donatistas & similes, qui sentiunt, ministerium maiorum inutile & inefficax esse. Conf. Aug. art. 8. p. 12.

§. 7. Sacra-

§. 7.

Sacramenta sunt efficacia, etiam si per malos ministros tractentur; quia ministri funguntur vice Christi, non representant suam personam, juxta illud: Qui vos audit, me audit. Apol. A. C. ad eundem art. p. 155.

§. 8.

Nullus Prophetæ, sive Elias sive Eliseus, Spiritum sine Decalogo, sive verbo vocali, accepit. Art. Schmalc. p. 333.

§. 9.

Si quis dicat, Christum, dum ait: Agite paenitentiam, & credite Evangelio, complecti etiam fructus paenitentia sive totam novam vitam; non difficiemus. Apol. A. C. p. 168.


§. 10.

Fidem, renovationem & remissionem peccatorum sequuntur bona opera. Art. Schmalc. p. 336.

§. 11.

Cum dicitur A. C. art. 4. homines gratis justificari propter Christum per fidem, cum credunt, se in gratiam recipi, & peccata remitti propter Christum; tum justificatio & remissio peccatorum non describuntur, ut diversas verum sintuntur potius, ut vocabula sese invicem explicantia; prout etiam conjunguntur in art. 6.







In tegri dotes hominis cathedram
Dum doces ; non est , tibi quod sonoro
Gratuler plausu : Tua temet ornat
Candida virtus.

Auguror , dextrum fore Te Ministrum ,
Vera quem exornet pietas , piique
Veritas cultus . Deus hoc superne
Impleat omen ,

Tam doctrina quam modestia nomine commendatissimo Domino Respondenti suo gratulabundus adjectit

P RÆSES.






94 A 7345




8

94 A 7345

V317 71.95.





INTEGRITAS PRIMI HOMINIS

ex Gen. I. 26. 27.

significantius declarata,

ALTDORFI d. XVI. Febr. MDCCI.

disputata,

PRÆSIDE

CHRISTOPHORO SONNTAGIO,

SS. Theol. D. P. P. & h. t. Vniversitatis
RECTORE,

ac

RESPONDENTE
GEORGIO HIERONYMO REINSPER-
GERO,

Happurgo - Norico.

Recudit JODOC. GUILIEL. KOHLESIUS, Universit. Typogr. 1715.

